



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pepagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

Ixx. Ad eum quem velis educere ex cellula pinnarum mutatoria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

*Ad accipitrem, qui progreditur ad prædam,  
& simul pedem refert.*

**I**TA ipsum restitues. Piperis grana tria, vinum vetus, mel, cuminum, album liquorem oui. hoc semel die dabis, & ad iusta perduces.

*Ad eum qui visco oblitus sit.*

**O**LEO, locum, vbi viscus adhæsit, eluito, & linteo tanquam spongia exprimito, & lacte caprino abluito, & mirificè absterges.

*Ad eum qui agrotat ex aucupio.*

**A**QVAM inferuefactam, quantam tua manus ferre potest, super eius dorsum inspergit.

*Ad eum quem velis educere ex cellula  
pinnarum mutatoria.*

**A**NTE lucem cum ipso ambulabis, & priusquam sole exoriatur, ad perticam reduces: vespere verò lucernam huc illuc mouebis, gestans ipsum, quo ad dies sit.

*Ad oscitantem.*

**S**I accipiter hiscit, oscitatur, scito eius interiora ulcerata esse. Ita ipsum curabis. Butyri, mellis, olei rosacei, singulorum ligulam, medullæ ceruinæ quadrantem, sandarachæ vnciam, vini ligulas duas in